



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui se discunt episcopos esse. cxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

quis vim perpessus est, & iniquè expulsus, pro disciplina & catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venientiam ciuitatem, non prohibeatur immorari, quam diu aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: Quia durum est cum qui persecutionem patitur non recipi, etiam & larga benevolentia & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica Ecclesia in vniuerso orbe diffusa custodiet. Et subscripterunt qui conuenerant.

De illis qui se dicunt esse episcopos.

Caput CXX.

SVNT in quibusdam locis scotti & alij erronei, qui se ex cōcil. dicunt episcopos esse, & multos negligentes absque li- Remensi, centia dominorum suorum siue magistrorum, presbyteros cap. 43. & Diaconos ordinent. Quorum ordinationem, quia plerunque in symoniacam incidit haeresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere, omnes uno consensu decreuimus.

Qualiter pepegrini episcopi recipientur.

Cap. CXXI.

IOinus excellentissimus vir filius noster per Illyricum Ex regi. scriptis suis nobis indicasse dignoscitur, ad se sacris apicibus destinatis iussum fuisse episcopos quos è propriis locis pap. vnihostilitatis furor expulerat, ad eos episcopos qui nūc quoque in locis propriis degunt, pro sustentatione ac stipendiis scopis per præsentis vitæ esse iungendos. Et licet ad hoc fraternitatem Illyricū, vestram iussio principalis admoneat, habemus tamen cap. 42. maius horum mandatum æterni principis, quo ad hæc terribilius peragenda compellimur, vt non dico fratres & coepiscopos nostros, sed ipsos etiam quos nobis contrarios patimur, quem opportunitas postulat, in conferendis subsidiis necessitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem, & cœlesti primitus principi obedientes existere, & imperialibus etiā iussionibus consentire, quantum fratres coepiscoposq; nostros, quos & captiuitatis & diversarum necessitatum angustiæ comprimunt, debeatis conselando, conueniendoq; vobiscū in ecclesiasticis su-